



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

XLIII. De episcopis qui ad Concilia non concurrunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CHRISTI
424.

niuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse si-
ne dubitatione testentur, neque ipsi sunt per æta-
tem de traditis sibi sacramentis idonei respondere,
absque vlllo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista
trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione
priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres no-
stri consuluerunt, quia multos tales a Barbaris
redimunt.

Et in Car-
thaginensi
V. cap. 6.
Cod. Can.
cap. 72.

X L.

Item placuit, vt dies venerabilis Paschæ Forma-
tarum subscriptione omnibus intimetur, dies vero
Concilii idem seruetur, qui in Hipponensi Con-
cilio constitutus est, id est, decimo Kalendas Se-
ptembris. Et scribendum ad singularū quarumque
prouinciarum primates, vt quando apud se Con-
cilium congregant, istum diem non impediunt.

De consecr.
dist. 3. Pla-
cuit, vt ve-
nerabilis.
Et in Car-
thaginensi
VI. cap. 7.
Cod. can.
cap. 73.

X L I.

Item constitutum est, vt nulli intercessori lici-
tum sit cathedram, cui intercessor datus est, qui-
buslibet populorum studiis vel seditionibus retine-
re: sed dare operam, vt intra annum eisdem episco-
pum prouideat. Quod si neglexerit, anno exem-
pto, interuentor alius tribuatur.

7. quest. 7.
cap. Con-
stitutū est,
vt. Et in
Carthag. V.
cap. 8.
Cod. Can.
cap. 74.

X L II.

Ab imperatoribus vniuersis, visum est postulan-
dum, propter afflictionem pauperum, quorum
molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, vt
defensores eis aduersus potentias diuitum cum e-
piscoporum prouisione delegentur.

23. quest. 3.
Ab impera-
toribus. Et
Carthag. V.
cap. 9.
Cod. Can.
cap. 75.

X L III.

Item placuit, vt quotiescumq; Concilium con-

Dist. 18.
Vt quoties-
cumque.

Concil. Tom. 4.

Yyy

Et in Car-
thaginēsi V.
cap. 10.
Cod. can.
cap. 76.

gregandum est, episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliqua grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant: & primatibus suarum quarumque prouinciarum intimetur, vt de vniuersis episcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant: ac de singulis turmis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem Concilii instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractoria subscribant: vel si post aduentum tractoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint; nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, ecclesiæ suæ communionem debere esse contentos.

XLIV.

Cod. Can.
cap. 77.

De Cresconio * Villaregenſi hoc omnibus visum est, vt hinc quoque primati Numidiæ intimetur, quo cognoscat memoratum Cresconium scriptis suis conueniendum esse, vt proximo vniuersali Africano Concilio suam præsentiam non differat exhibere. Quod si venire contempserit, in se cognoscat sententiam promulgandam.

XLV.

Cod. can.
cap. 78.

Rursum placuit, vt quoniam Hipponensium Diarrhytorum ecclesiæ destitutio non est diutius negligenda, & ecclesiæ ibi ab his retinentur qui Equitii facinorosam communionem declinauerunt, missis ex præsentis Concilio episcopis, Regino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, Euodio, Placiano, Urbano, Valerio, Ambiuio, Fortunato, Quodvultdeo, Honorio, Ianuario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & Ro-